



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XLII. Bischof Stephan von Lebus hebt den Bann auf, welchen er über die Alt- und Neustadt Brandenburg hat ergeben lassen, am 1. April 1335.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](#)

XLI. Pezzo von Löffow verkauft dem Schulzen Albert zu Fürstenberg gewisse Lehne,
am 16. Juli 1334.

— Ego peccco de Löffow et Thylo, filius meus, recognoscimus, quod discretis viris Alberto, sculteto in furstinberg, suoque fratri Johanni dicto — vendidimus pheuda in villis palytz et schonenvliz dictis et dimisimus pro viginti sexagenis grossorum —. Addicentes etiam, si dicti viri Albertus et Johannes ab aliquo vel ab aliquibus impeterentur aut impedirentur pheudis in prefatis, extunc promittimus bona fide prescriptis viris et eorum amicis, videlicet hinrico pilgerimo, Johanni belkow, hermanno belkow, ebeloni Hacman et nycolao de Pezir, ciuibus frankenvordensibus, ab omni impetione et impedimento super nostros denarios et labores nostros ipsos eripere. — Scriptum — presentibus strenuo viro domino pezcone de vynitz, domino petro schoryn, frizeone de Langenow, hennyncho burchardistorp, Laurentio bauaro et quam pluribus fide dignis. Datum et actum frankenvord, in crastino divisionis apostolorum, Anno domini M^o. CCC^o. Tricesimo quarto.

Nach dem Original, aus dem Kloster Neuzelle durch den Geh. Registr. Voßberg mitgetheilt.

XLII. Bischof Stephan von Lebus hebt den Bann auf, welchen er über die Alt- und Neustadt Brandenburg hat ergehen lassen, am 1. April 1335.

Venerabili in Christo Patri Domino Ludovico, Episcopo Brandenburgensi, Stephanus, Dei gratia Episcopus Lubucensis, cum omni reverentia Desiderium in singulis complacendi. Noverit vestra Paternitas Veneranda, Discretos Viros Consules et Universitatem Civium Antique et Nove Brandenburg Civitatum super litibus et Controversiis, que inter Nos et ipsos dudum vertebantur nomine quorundam Damnorum, Nobis et Ecclesie nostre Lubucensi per Ipsos illatorum, amicabiliter nobiscum concordasse. Unde ipsos a Sententiis excommunicationis, quibus per Nos et ad instantiam nostram ligati erant; nostra et Nobis in hac parte concessa autoritate, Dei nomine invocato, absolvimus in his Scriptis eosdem et ipsorum Familiam Divinis Officiis restituientes et ecclesiasticis Sacramentis Plebanisque eorundem locorum committentes, ut omnes et singulos dictarum Civitatum, qui propriis in personis dictis nostris damnis interfuerunt, per manum suarum impositionem autoritate predicta Salutari ipsis Penitencia injuncta absolvere valeant, quos etiam et Singulos predictos de universis et singulis premissis nostre et Ecclesie nostre nomine solvimus tenore presentium, quas nostri appensione Sigilli jussimus communiri. Datum Berolini, Calend. Aprilis, anno Domini MCCCXXXV.

Aus Beckmann's Nachlaß.